Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Liber Ruth

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

cum venit in silo. nullus ex eis ibi re-
pertus est. Miserunt itaque x. milia
viros robustissimos, et preceperunt eis.
Ite et percutite habitatores iabis galaad
in ore gladii. tam uxores quam parvulos
eorum. Et hoc erit quod observare debea-
tis. Omne generis masculini et mu-
lieres que cognoverunt viros interficite.
Inventeque sunt de iabis galaad. cccc.
virgines. que nescierunt viri thorum.
Et adduxerunt eas ad castra in silo.
in terra chanaan. Miseruntque nuntios
ad filios beniamin qui erant in pet-
ra remmon. et preceperunt eis. ut eos in pace
susciperent. Veneruntque filii beniamin
in illo tempore. et date sunt eis uxores
de filiabus iabis galaath. Alias autem
non repperunt quas simili modo traderent.
Universusque israel valde doluit. et egit
penitudinem super interfectione unius tribus
ex israel. Dixeruntque maiores natu.
Quid faciemus reliquis qui non accepe-
runt uxores? Omnes in beniamin fe-
mine conciderunt. et magna nobis cura ac
gentique studio providendum est ne una
de tribubus deleatur ex israel. Filias nostras
eis dare non possumus constricti iura-
mento et maledictione qua diximus.
Maledictus qui dederit de filiabus suis
uxorem beniamin. Ceperuntque consilium
atque dixerunt. Ecce sollempnitas domini
est in silo anniversaria. que sita est ad
septentrionalem urbis bethel. et ad orien-
talem plagam vie que tendit ad si-
chimam. et ad meridiem oppidi lebo-
na. Preceperuntque filiis beniamin.
atque dixerunt. Ite et latitate in vi-
neis. Cumque videritis filias silo ad
ducendos choros ex more procedere, ex-
ite repente de vineis. et rapite ex eis
singuli uxores singulas. et pergite in ter-
ram beniamin. Cumque venerint pa-
tres earum ac fratres. et adversum vos queri
ceperint atque iurgari. dicemus eis. Mi-
seremini eorum. Non enim rapuerunt eas
iure bellantium atque victorum. sed ro-
gantibus ut acciperent non dedistis. et a
vestra parte peccatum est. Feceruntque filii
beniamin ut sibi fuerat imperatum.
et iuxta numerum suum rapuerunt sibi
de his que ducebant choros uxores
singulas. Abieruntque in possessionem
suam. edificantes urbes. et habitan-
tes in eis. Filii quoque israel per tribus
et familias in tabernacula sua. In
diebus illis non erat rex in israel. sed unus-
quisque quod rectum sibi videbatur hoc
faciebat. Explicit liber Iudicum. Inci-
In diebus unius pit liber Ruth. I
iudicis quando iudices preerant. facta est
fames in terra. Abiitque homo de
bethleem iuda. ut peregrinaretur in re-
gione moabitide. cum uxore sua
ac duobus liberis. Ipse vocabatur
elimelech. uxor eius neomi. et duo
filii. unus maalon. et alter chelion.
ephratei de bethleem iuda. Ingres-
sique regionem moabitidem mora-
bantur ibi. Et mortuus est elimelech
maritus neomi. Remansitque ip-
sa cum filiis. Qui acceperunt uxores
moabitidas. Quarum una vocaba-
tur orpha. altera ruth. Manse-
runtque ibi x. annis. et ambo mortui sunt.
maalon videlicet et chelion. Reman-
sitque mulier orbata duobus liberis

ac marito · Et surrexit ut i patriam
pgeret cum utraq; nuru sua de re
gione moabitide · Audierat eni
qd respexisset dns ppl'm suu · 7 dedis
set eis escas · Egressa est itaq; de loco
pegrinationis sue cum utraq; nuru ·
Et iam i uia posita reuertendi i tra
iuda · dixit ad eas · Ite i domu ma
tris ure · Faciat uobiscum dns mi
sericordia · sic fecistis cu mortuis
7 mecu · Det uob inuenire requie
i domib; uiror quos sortiture estis ·
7 osculata e eas · Que eleuata uo
ce · flere ceperunt · 7 dice · Tecu pgim
ad ppl'm tuu · Quib; illa rndit · Reu
ertimini filie mee · Cur uenitis me
cu · Num ult' hbeo filios i utero meo ·
ut uiros ex me expectare possitis ·
Reuertimini filie mee 7 abite · Iam
eni senectute confecta sum · nec apta
uinculo coniugali · Etiam si possim
hac nocte concipe 7 pere filios si eos
expectare uelitis donec crescant ·
7 annos impleant pubtatis an ери
tis uetule qm nubatis · Nolite q
so filie mee q̄ ura angustia me
magis pmit · 7 egressa est man'
dni ctr me · Eleuata g' uoce rursu
flere ceperunt · Orpha g' osculata
est socrum suam · ac reuersa · ruth uo
adhesit socrui sue · Cui dixit neomi ·
En reuersa est cognata tua ad ppl'm
suu 7 ad deos suos · uade cum ea · Q̄
rndit · Non aduerseris m ut relin
qm te 7 abeam · Quocumq; pexe
ris pgam · 7 ubi morata fueris · et
ego pariter morabor · Ppls tuus ppls
meus · 7 ds tuus ds meus · Que te mori

entem tra suscepit · in ea moriar · ibi
q; locum accipiam sepulture · Hec fa
ciat m ds · 7 hec addat si n sola mors
me a te separauerit · Videns ergo neo
mi · qd obstinato ruth animo de
creuisset secum pgere adusari no
luit · nec ultra ad suos reditum p
suadere · Pfecteq; sunt simul · 7 ue
nerunt in bethleem · Quib; urbem
ingressis · uelox apud cunctos fa
ma percrebuit · Dicebantq; mulieres ·
Hec est illa neomi · Quib; ait · Ne
uocetis me neomi · idest pulchra ·
s; uocate me mara · hoc est ama
ram · q' ualde me amaritudine
repleuit omps · Egressa sum plena ·
7 uacuam reduxit me dns · Cur g'
uocatis me neomi · qm humiliauit
dns 7 afflixit omps · Venit ergo no
emi cum ruth moabitide nuru
sua · de terra pegrinationis sue
ac reuersa est in bethleem quando
primum hordea metebantur · II
Erat aut uiro eius elimelech
consanguineus · ho potens ·
7 magnar opum · noie booz · Dix
itq; ruth moabitis ad socru sua ·
Si iubes uadam i agrum 7 colli
gam spicas q metentiu fugerint
manus · ubicumq; clementis i me
patris familias repero gram · Cui
illa rndit · Vade filia mi · Abiit
itaq; 7 colligebat spicas post terga
metentium · Accidit itaq; ut ag
ille hret dnm noie booz · q erat
de cognatione elimelech · 7 ecce
ipse ueniebat de bethleem · Dixitq;
messorib; · Dns uobiscum · Q̄ rnde

runt ei· Bñdicat te dñs· Dixitq;
booz iuueni qui messoribz p̄erat·
Cui' est hec puella? Qui r̄ndit· Hec
est moabitis que uenit cū noemi
de regione moabitide· ⁊ rogauit ut
spicas colligerz remanentes seqūs
messor̄ uestigia· ⁊ de mane usq; nūc
stat in agro· ⁊ ne ad momentū quidē
domū reuersa est· Et ait booz ad ruth·
Audi filia· Ne uadas ad colligendū
in alterū agrum· nec recedas ab hoc
loco· s; iungere puell' meis· ⁊ ubi messu
fuerint sequere· Mandaui enī pu
eris meis' ut nemo t̄ molestus sit·
S; etiam si sitieris uade ad sarcinu
las ⁊ bibe aquas· de quibz et pu
bibunt· Que cadens ī faciem suā
⁊ adorans s' t̄ram· dixit ad eū· Vnde
m̄ hoc ut inuenirem grām ante
oclōs tuos· ⁊ nosse me dignareris
peregrinam mulierem? Cui ille r̄ndit·
Nūciata sūt m̄ ōmia q̄ feceris so
crui tue post mortem uiri tui· ⁊ q̄
reliqueris parentes tuos· ⁊ t̄ram iā
nata es· ⁊ ueneris ad p̄plm quē an
tea nesciebas· Dixit itm booz ad
ruth· Reddat t̄ dñs p ope tuo· ⁊ ple
nam mercedem recipies a dño deo
isrl' ad quē uenisti· ⁊ sb cuius ɔfu
gisti alas· Que ait· Inueni grām
ap̄ oclōs tuos dñe mi qui ɔsolatus
es me· ⁊ locutus ad cor ancille tue
q̄ nō sum simil' uni puellar̄ tuar̄·
Dixitq; ad eam booz· Qn̄ hora ue
scendi fuerit ueni huc ⁊ comede
panem· ⁊ intingue buccellā tuā
i aceto· Sedit itaq; ad messor̄ lat᷒
⁊ ɔgessit polentam s· comeditq;
et saturata est· ⁊ tulit reliquias. I
n̄ surrexit' ut spicas ex more colli
gerz· Precep aūt booz pueris suis di
cens· Etiam si uobiscum metere uolu
erit' ne phibeatis eam· Et de uris
q̄s manipul' p̄icite de industria· ⁊
remanē pmittite· ut absq; rubore
colligat· ⁊ colligentē nemo corripi
at· Collegit ergo ī agro usq; ad ue
speram· Et que collegerat uirga cedēs
⁊ excutiens inuenit hordei q̄si ephi
mensurā· id est tres modios· Quos
portans reuersa est ī ciuitatē ⁊ ondit
socrui sue· Insup p̄tulit ⁊ dedit ei de
reliquijs cibi sui quo saturata fuerat·
Dixitq; ei socrus· Vbi hodie collegi
sti· ⁊ ubi fecisti op᷒· Sit bñdictus q̄
misertus ē tui· Indicauitq; ei ap
quē esset opata· ⁊ nomē dixit uiri q̄
booz uocaretur. Cui r̄ndit noemi·
Bñdictus sit a dño· qm̄ eandē grām
q̄m p̄buerat uiuis· seruauit ⁊ mor
tuis· Rursumq; ait· Propinquus n̄r
est hō· Et ruth· Hoc quoq; inquit
precepit michi· ut tam diu messoribz
iungerer· donec oms segetes me
terentur· Cui dix socrus· Melius est
filia mi ut cum puell' eius exeas
ad metendū· ne in alieno agro q̄s
piam resistat t̄· Iuncta est itaq;
puell' booz· ⁊ tam diu cū eis mes
suit· donec hordeū ⁊ triticum ī hor
reum conderentur· III
Postq̄m aūt reuersa est ad socru
suam· audiuit ab ea· Filia
mi· q̄ram t̄ requiē· ⁊ puidebo ut
bn̄ sit t̄· Booz iste cuius puell'
i agro iuncta es· ppinquus ē nr̄·

et in hac nocte aream hordei venti
lat. Lavare igitur et ungere et induere
cultioribus vestimentis ac descende
in aream. Non te videat homo donec esu
potuque finierit. Quando autem ierit ad
dormiendum nota locum in quo dormiet.
Veniesque et discooperies pallium quo
operitur a parte pedum et proicies te et
ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi quid agere
debeas. Que respondit. Quicquid preceperis
faciam. Descenditque in aream. et
fecit omnia que sibi imperaverat socrus.
Cumque comedisset booz et bibisset et
factus esset hylarior. issetque ad dormien
dum. iuxta acervum manipulorum. venit
abscondite et discooperto a pedibus eius
pallio se proiecit. Et ecce nocte iam
media expavit homo et conturbatus est.
viditque mulierem iacentem ad pedes
suos. Et ait illi. Que es. Et illa re
spondit. Ego sum ruth ancilla tu
a. Expande pallium tuum super famu
lam tuam. quia propinquus es. Et ille.
Benedicta inquit es a domino filia.
et priorem misericordiam posteriore superasti.
quia non es secuta iuvenes pauperes si
ve divites. Noli ergo metuere. sed
quicquid dixeris mihi faciam tibi. Scit
enim omnis populus qui habitat intra por
tas urbis mee. mulierem te esse vir
tutis. Nec abnuo me propinquum. sed
est alius me propinquior. Quiesce
hac nocte. et facto mane si te voluerit
propinquitatis iure retinere. bene res
acta est. Si autem ille noluerit. ego te
absque ulla dubitatione suscipiam.
vivit dominus. Dormi usque mane. Dor
mivit itaque ad pedes eius usque ad no
ctis abscessum. Surrexit itaque an
tequam homines se mutuo cognoscerent.
Et dixit booz. Cave ne quis noverit
quod huc veneris. Et rursum. Expande
inquit pallium tuum quo operiris et tene
utraque manu. Qua extendente et te
nente. mensus est vi. modios hordei et
posuit super eam. Que portans civi
tatem ingressa est et venit ad socrum
suam. Que dixit ei. Quid egisti
filia. Narravitque omnia que sibi fe
cisset homo et ait. Ecce vi. modios de
dit hordei mihi. et ait. Nolo vacu
am te reverti ad socrum tuam. Dixitque
noemi. Expecta filia donec videa
mus quem res exitum habeat. Neque
enim cessabit homo nisi compleverit
quod locutus est. IIII

Ascendit ergo booz ad portam
et sedit ibi. Cumque vidisset pro
pinquum preterire de quo prius ser
mo habitus est. dixit ad eum. Decli
na paulisper et sede hic. vocans eum
nomine suo. Qui divertit et sedit.
Tollens autem booz x. viros de seni
oribus civitatis. dixit ad eos. Sede
te hic. Quibus residentibus. locutus est
ad propinquum. Partem agri fratris nostri
elimelech. vendidit noemi. que re
versa est de regione moabitide. Quod
audire te volui et dicere coram cunctis
sedentibus maioribus natu de populo
meo. Si vis possidere iure propinquita
tis. eme et posside. Sin autem tibi displi
cet. hoc ipsum indica mihi ut sciam quid
facere debeam. Nullus est enim propinquus
excepto te qui prior es. et me qui
secundus sum. At ille respondit. Ego agrum

emam. Cui dixit booz. Quando emeris
agrum de manu mulieris. ruth
quoque moabitidem que uxor defuncti
fuit debes accipere. ut suscites nomen
propinqui tui in hereditate sua. Qui
respondit. Cedo iure propinquitatis. neque
enim posteritatem familie mee delere
debeo. Tu meo utere privilegio. quo
me libenter carere profiteor. Hic autem
erat mos antiquitus in israel inter pro-
pinquos. ut si quando alter alteri suo iure
cedebat. ut esset firma concessio. solve-
bat homo calciamentum suum. et dabat
propinquo suo. Hoc erat testimonium
cessionis in israel. Dixit ergo propinquus
booz. Tolle calciamentum. Quod statim
solvit de pede suo. At ille maioribus
natu. et universo populo ait. Testes vos
estis hodie quod possederim omnia
que fuerunt elimelech. et chelion.
et maalon. tradente noemi. et ruth
moabitidem uxorem maalon in coniu-
gium sumpserim. ut suscitem nomen
defuncti in hereditate sua. ne voca-
bulum eius de familia sua ac fratribus
et populo deleatur. Vos inquam huius rei
testes estis. Respondit omnis populus
qui erat in porta. et maiores natu.
Nos testes sumus. Faciat dominus hanc
mulierem que ingreditur domum tuam. sicut
rachel. et liam. que edificaverunt domum
israel. ut sit exemplum virtutis in effra-
ta. et habeat celebre nomen in bethleem.
Fiatque domus tua sicut domus phares
quem thamar peperit iude. de semine
quod dederit tibi dominus ex hac puella. Tulit
itaque booz ruth. et accepit uxorem. In-
gressusque est ad eam. et dedit illi dominus
ut conciperet. et pareret filium. Dixeruntque
mulieres ad neomi. Benedictus dominus.
qui non est passus ut deficeret successor
familie tue. et vocaretur nomen eius
in israel. et habeas qui consoletur animam tu-
am. et enutriat senectutem. De nuru e-
nim tua natus est qui te diliget. et multo
tibi est melior. quam si septem haberes filios.
Susceptumque neomi puerum posuit
in sinu suo. et nutricis ac gerule officio
fungebatur. Vicine autem mulieres
congratulabantur ei dicentes. Natus est
filius neomi. vocaveruntque nomen eius
obed. Hic est pater ysai. patris david.
Hee sunt generationes phares. Phares
genuit esrom. Esrom genuit aram.
aram genuit aminadab. Amina-
dab genuit naason. Naason genuit sal-
mon. Salmon genuit booz. booz genuit
obed. Obed genuit ysai. ysai genuit
david. Explicit liber Ruth. Incipit prologus

Viginti libri Regum.
et duas litteras apud
hebreos syrorum quoque
et chaldeorum lingua
testatur que hebree
magna ex parte confinis est. Nam et
ipsi .xxii. elementa habent. eodem sono
sed diversis caracteribus. Samarita-
ni etiam pentateucum moysi. totidem
litteris scriptitant. figuris tantum et apicibus
discrepantes. Certumque est esdram scri-
bam legisque doctorem. post captam
ierusalem. et instaurationem templi sub
zorobabel alias litteras repperisse quibus
nunc utimur. cum ad illud usque tempus
idem samaritanorum et hebreorum ca-
racteres fuerint. In libro quoque numerorum